



Comunión en Madrid.

Allelúia, allelúia. *v.* Crástina die delébitur iníquitas terræ: & regnâbit super nos Salvâtor mundi. Allelúia.

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

Mat-
th. i.
c

CUm esset desponsâta mater Jesu Mariâ Joseph, ântequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Joseph autem vir ejus, cùm esset justus, & nollet eam tradúcere, vóluit occúltè dimíttere eam. Hæc autem eo cogitânte, ecce Angelus Dómini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph fili David, noli timêre accípere Mariam cónjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est. Páriet autem filium: & vocâbis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum fáciat pópulum suum à peccâtis eôrum.

Psal.
23.

Offertorium. *T*óllite portas príncipes vestras: & elevámini portæ æternâles: & introíbit rex glóriæ.

Secreta.

DA nobis quæsumus omnipotens Deus: ut sicut adorânda Fílii tui natalítia prævenîmus: sic ejus múnера capiâmus sempitérna gaudéntes. Qui tecum vivit & regnat in unitâte Spíritus sancti Deus.

Communio. *R*evelábitur glória Dómini: & vidêbit omnis caro salutâre Dei nostri.

Isaïæ
41.

Postcommunio.

DA nobis, quæsumus Dómine, unigéniti Fílii tui recensíta nativítate respirâre: cujus coelésti mystério páscimur, & potâmur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitâte Spíritus sancti Deus.

¶ Sacerdos, quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa non sumat purificationem, sed in tertia Missa tantum: & in prima & secunda abluat digitos in aliquo vase mundo.



IN